

Rom, (1397), December 25.

247.

Papst Bonifacius IX. bestätigt dem Kloster Berge alle Güter und Besitzungen.

Bonifacius episcopus servus servorum dei dilectis filiis abbati et conventui monasterii sancti Iohannis baptiste in Berga extra muros Magdeburgenses ordinis sancti Benedicti salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam etiam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et Pauli protectione suscipimus atque nostra omnesque libertates immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus sive per privilegia vel alias indulgentias vobis et monasterio vestro predicto concessas necnon libertates exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis Christi fidelibus vobis et monasterio vestro concessas et alia bona vestra sicut iuste et pacifice obtinetis vobis et per vos eidem monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et communionis infringere vel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Rome apud sanctum Petrum VIII Kalendas Ianuarii, pontificatus nostri anno nono.

Abschrift im Privilegienbuche S. 101. 102 mit der Ueberschrift: Bona omnia confirmantur a Bonifacio IX. capsula A XI.

(1398).

248.

Albrecht, Erzbischof zu Magdeburg, verkauft zur Auslösung des Schlosses Wanzleben von denen von Byern 18 Mark von den Procurationsgebühren des Klosters Berge und des Klosters U. L. Frauen zu Magdeburg an Heinrich von Brume für 200 Mark.

Wir Albrecht etc. bekennen etc. daz wir mit wissen willen und ganczer fulbort unsers capitelsgemeyne czu Meideburg recht und redelich haben vorkaufft und vorkauffen ouch mit crafft disses briefes achtzeihen mark in geldes jerlicher gulde Meideburgischer werunge usz unser procuracion Heynriche von Brume und Ermengarden siener elichen husfrouwen czu irer beyder libe vor czeyhundert mark Meideburgischer werunge die sie uns full und wol beczalit habin dy wir vorder an die